

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1320 - 1321

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](#)

Postmodum Eberhardus de Frankenstein suprascripta feoda adoptavit cum regula Cunrado de Kyrkel thesaurario ecclesie Argentinensis preter curiam claustralem, quam inhabitat Eberhardus, et preter redditus quosdam apud Zebersdorf. quam curiam et quos redditus adoptavit Friderico de Stralenberg canonico ecclesie predicte, jam dicto Cunrado presente et adoptionem suo et Friderici nomine recipiente. acta sunt hec idus novembbris anno domini 1320 in presentia G[ebhardi] de Friburg prepositi, H[einrici] de Lupfen decani, R[udolfi] de Ochsenstein archidiaconi, magistri H[einrici] Dietmari prebendarii Argentinensis ecclesie, magistri Dielmanni, Cunradi dormentarii et Johannis dicti Hanseler de Schonecke testium ad hoc vocatorum. *1320 November 13.*

*M aus Melker Codex fol. 53<sup>r</sup>. Eintrag von gleichzeitiger Hand.*

311. Johannes XXII papa episcopo Argentinensi intimanti, quod olim Cuno Cunonis, scolaris familiaris ejus, tunc in annis impubentibus constitutus, et alii nonnulli puberes et impuberes ejus socii ludere pueriliter invicem gestientes super quodam ligno aliud lignum transversaliter posuerint etc., in quo ludo ex improviso <sup>15</sup> acciderit, puerum quendam se carnaliter conferentem Cunone non vidente ab extremitatum altera tunc demergente opprimi et post paucos dies vita privari, mandat precibus ejus inclinatus, quatinus dispensem, ut ille ad omnes ordines promoveri valeat. «tua nobis.» datum Avinione 2 kalendas aprilis anno 5. *1321 März 31 Avignon.*

*Aus Vatik. Akten Nr. 242 (Reg. 72 nr. 1478).*

20

312. Bertholdus de Lüphen canonicus ecclesie Argentinensis curiam suam claustralem, sitam in parrochia sancti Laurencii civitatis Argentinensis juxta curiam domini Conradi de Lierheim ex una parte et ex altera juxta curiam dicti Storm civis Argentinensis, necnon feoda sua claustral, que vulgariter dicuntur Closterlehen, sita in bannis et villis Wiversheim et Münversheim, que olim possidebat <sup>25</sup> Heinricus de Lüphen decanus, nomine ecclesie Argentinensis Rüdolfo de Thierstein suo concanonico cum regula adoptat, ut post ipsius mortem, cessionem vel resignationem in curia ac feodis succedat. actum et datum coram Hermanno de Thierstein et Symundo de Horburg archidiaconis ecclesie Argentinensis, necnon Ludewico de Thierstein canonico ecclesie antedicti, Cunone de Grözstein canonico ecclesie <sup>30</sup> sancti Petri Argentinensis, Hermanno rectore capelle in Munolzheim ac Cüntzelino dicto Dormenter presentibus, feria sexta ante dominicam, qua cantatur judica, sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, Rüdolfo de Thierstein presente adoptionem predictam recipiente. actum anno et die prenotatis. *1321 April 3.*

*M aus Melker Codex fol. 29<sup>r</sup>. Eintrag von gleichzeitiger Hand.*

35

313. Hermannus senior de Thierstein camerarius et archidiaconus ecclesie Argentinensis denuo adoptavit cum regula Eberardo de Frankenstein canonico ecclesie Argentinensis curiam sitam in parrochia sancti Laurencii, quam inhabitabat quondam